

455 Et eodem modo Episcopus, vel Cleri Ecclesie possunt expellere procul confratres, & confraternitatem, non obstantem possessione, que nihil quoad hoc attendi debet; ut Rota declaravit apud Cocinum decif. 472. num. final. ubi late deciditur ex fundatione in aliqua Capella non ostenso titulo non recte inferri ad Julparronatus, sed conservari in dominio Clericorum.

457 An vero aliquid fundari possit particulariter in confraternitatibus Ecclesiarum Cathedralium, sub pacto expresso quo alii non possint admitti ad illam distributionem, preter Confratres, precipue si in erectione illius Ecclesie intervenit gratia Apostolica, per quam nihil possit fundari quod equaliter inter omnes non sit dividendum, anceps est questio, nec passim disputata reperitur: in qua, cum in facti contingencia occurrisset casus, prodixit Magistralis & optima decisio *Casaraugustana Emolumentorum 27. Junii 1644. coram R. P. D. Bichio*, cujus tenorem apponere libuit, & talis est:

458 Vigore Bullae secularizationis inducentis inter Dignitates, Canonicos, Portionarios, & Beneficiatos Ecclesie Cathedralis Casaraugustanae communionem emolumentorum per haec verba: *Quod omnia & singula legata, elemosyna, oblationes, & emolumenta, quae deinceps pro Missis, Anniversariis, & funeralibus obtulibus, processibus, catervisque divinis, vel piis officiis in dicta Ecclesia Casaraugustana celebrandis, recitandis, peragendis, & exercendis, fieri contigerit; singulis eiusdem Ecclesie Casaraugustanae personis illis inrevertentibus pro sua eiusque rata parte iuxta ordinem similiter ab eodem Archiepiscopo, & Capitulo desuper faciendum communia sunt, & obvenientes Dignitates, vel Canonici, sive Portionarii, aut Beneficiati, eorum quidquam separatim vel divisim habere seu percipere nequeant.*

459 Canonici & obtinentes Dignitates in Ecclesia Casaraugustana petunt sibi communicari a Portionariis emolumenta, quae iidem Portionarii tanquam adscripti confraternitatibus in praefata Ecclesia existentibus percipiunt ex bonis ipsarum consecratarum, ac desuper obtinuerunt sententiam favorabilem ab A. C. a qua commissa mihi causa appellatiois cum clausula, *Parte arbitrario*, propositi hodie dubium an iniret arbitrium pro retardatione executionis dictae sententiae? & affirmativè fuit resolutum.

460 Quia arbitrium regularè a jure. Paris. conf. 56. num. 5. lib. 1. Seraphin. decif. 107. num. 1. Rota inter recen. dec. 348. num. 2. par. 5. de Jure autem non est demandanda executioni sententia injusta, Casl. de Graf. decif. 10. num. 12. de sentent. & reindicata. Seraphin. decif. 381. num. 12. & seqq. Rota inter recen. decif. 11. num. 3. par. 6. decif. 265. num. 2. par. 7.

462 Qualis est sententia Auditoris Camerae, quia Bulla secularizationis cui innititur, loquitur de emolumentis, & elemosynis quae sunt vel Ecclesiae in genere, vel Canonici & Portionarii ut talibus; in quibus terminis procedunt decisiones 157. 226. & 236. coram bon. mem. Mantie. decif. 4. Casl. de Graf. de his quae sunt a maior. par. Capis. & decif. 309. par. 6. & sicut non comprehendit bona & emolumenta relicta confraternitatibus in Ecclesia erectis, quia sunt quid separatim ab Ecclesia, Petri de Ubaldo. de Canon. Episc. num. 9. & 22. Rota coram bon. mem. Cocino dec. 472. num. 2. & in Cathamen. Ecclesie 23. Junii 1642. coram meo: text. in cap. requisisti, de testamen. ita nec illa quae Portionarii percipiunt ut confratres, quia in hac parte representant ipsam confraternitatem, non secus ac alii confratres qui non sunt Portionarii, sicut emolumenta hujusmodi nullatenus referantur ad titulum portionis, seu beneficii, cum non proveniant jure Ecclesiae, sed confraternitatis: Rebut. in tract. de Congr. port. quest. 11. num. 85. Barbo. in l. divorzio, §. quod in anno, num. 7. ff. solut. matrim. Rota decif. 5. num. 8. par. 2. divers. decif. 354. num. 8. coram bona mem. Burat. & in Romana pensiois, 19. Novemb. 1640. coram R. P. D. meo Cerro.

465 Neque incongruit, quod idem representet duplicem personam: quia non prohibetur qui Portionatus est, esse confrater, & utriusque personae jura in una concurrentia condiderantur de per se, retinentque pristinam naturam, ac si duae essent personae: Felin. in cap. Cum olim, num. 1. & 2. de sentent. & reindic. Becc. conf. 203. sub num. 19. & 20. Surdus conf. 183. num. 42. & decif. 153. num. 16. Cytia. contrrov. 198. num. 28. Ideo in fortioribus terminis in dicta Romana pensiois coram Domino meo Cerro, fuit decisum, quod si in Ecclesia Parochiali erecta sit Capellania, & Rector Ecclesiae sit eorum Capellanus, nihilominus fructus Capellaniae diverso jure conferantur ad fructibus Parochiae, quamvis fundator ordinasset quod onera Capellaniae adimplerentur per Rectorem Ecclesiae.

Quod autem Bulla secularizationis intelligenda sit solum de emolumentis spectantibus ad Portionarios uti Portionarios ratione Ecclesiae, pater; tum quia non utitur verbis denotantibus personas, sed beneficium, ibi, sive Portionarius, unde enim colligitur quod non fuit contemplata simpliciter perceptio emolumentorum, aut persona percipientis, sed titulus quo percipiuntur: juxta text. in l. annua, §. Actia, ff. de ann. legat. & ibi Alberic. nu. 1. Bart. in l. civibus, num. 2. & 3. ff. de reb. dub. Barbat. conf. 1. col. 3. vers. Modo in proposito, lib. 4. Rota decif. 309. num. 9. & seqq. par. 6. recen. tum etiam quia loquitur de emolumentis distribuendis interrelatentibus servitio Ecclesiae, & sic de relictis Ecclesiae sive Beneficiatis illius intuitu, quae de Jure distribuuntur interrelatentibus, & sunt de mensa Ecclesiae: Host. in c. Pe supra, num. 2. & ibi Cardinal. sub num. 1. vers. vel secundum: cum Abbate, num. 2. vers. ex quo enim, de reb. Eccles. non alien. Lotter. de reb. benef. lib. 1. qu. 42. num. 64. & in dubio non censetur inducta societas universalis omnium bonorum, Decius conf. 21. num. 1. circa fin. vers. & debent: Cephal. conf. 247. num. 20. & seqq. Gratian. discip. 346. num. 3. & 993. num. 5. Mantie. de tacit. lib. 6. tit. 10. n. 1. quae respicit acquisitionis faciendae uno nomine, non comprehendit acquirenda alio nomine; Alber. in leg. Galus, §. & quid sit etiam, in secunda lectione, decif. 29. vers. & ideo, fol. 482. ff. de lib. & post. Gratian. discip. 96. num. 5. & 6.

Non obstant verba Bullae ibi: *omnia & singula legata, elemosyna, oblationes &c.* Quia restringuntur a verbis frequentibus supra ponderatis: Bartol. in l. Generali, §. Proxi, num. 1. ff. de usufruct. legat. Bero. conf. 159. num. 38. lib. 2. & conf. 20. num. 15. lib. 3. Aym. conf. 144. num. 5. in fine. Nevezan. conf. 40. num. 12. Surd. conf. 135. num. 5. ita ut communicandum quidem sit universaliter quidquid vel Ecclesiae, vel singulis beneficiatis hoc nomine quantum fuerit, sed non provenientia aliunde citra titulum beneficii, sicut in simili, societas contracta super lucris, quod est verum in generali, si adjungatur verba significancia questum, restringitur ad lucra derivantia ex causa quaestionis, & inducitur: l. sed §. si adiciatur 13. ff. pro socio: l. duo societatem, §. ultimo, ff. eod. Ladio, §. 1. ff. de acq. hered. Card. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 16. num. 3. & seq. ubi num. 7. ampliat, quamvis societas esset causa remota lucri: Milanen. decif. Sicil. 18. num. 11. lib. 1. & e converso contracta universaliter super bonis communibus univertis loci, non porrigitur ad alia extra eum acquisita, ex propria industria & labore: Grat. discip. 993. num. 5. Mantie. de tacit. lib. 6. tit. 10. num. 10. & regulare est, quod communicanda non sunt quae alter ex sociis acquirat extra causam societatis: leg. cum duobus, §. 2. cum duo, l. si fratres, ff. pro soc. Bald. in leg. coiri, per tot. ff. eod. Milanen. d. decif. 18. num. 33. cum aliis allegatis per Cytia. contrrov. 350. num. 21.

Hac interpretationi Bullae assidit observantia: cum per annos 40. & ultra, à die secularizationis numquam communicata fuerint emolumenta, percepta à Portionariis uti confratribus, nec ea preterdere Capitulum aliquando declaraverit: ex qua observantia colligitur non fuisse intentionis Papae, aut Partium, quod communio esset universalis omnium emolumentorum quocunque titulo provenientium, eliciendo hujusmodi intentionem ex non factis: prout non secus ac ex facto elici potest: Rota decif. 645. num. 3. par. 4. divers. Et ita decidit utraque Parte informante.

Vltimus, si scire desideras an Statutorum revocationem Confraternitatis Ecclesiae Cathedralis possit facere Episcopus,

478 pus, vel possit à suo antecessore factam renovare, & an Capitulum Canonicorum habeat intentionem fundatam super regimine Confraternitatis Presbyterorum, in quaetiam Canonici admittuntur in Confratres, & an sit Pars legitima ad omnia supradicta? negativè resolvendo, videas late Dutan. in Ferraconen. observat. status 14. Januarii 1531. decif. 291. per totam.

CAPUT XXVI
DE CEMETERIIS ECCLESiarum Cathedralium.
S V M M A R I V M.

Leges 12. Tabularum cadavera intra urbem sepeliri non poterant, 1. 6. & seqq.

Cadavera Christianorum, & Martyrum corpora extra urbem in Hispania sepeliebantur antiquitus, 2.

Eius decreti mirabile exemplum Casaraugustana, 3.

Omnia haec antiquata a legibus Romanorum, 4.

In domo sua uniusquisque sepeliebatur, 5.

Lex 12. Tabularum de sepeliendis extra urbem mortuis antiquata, 6.

Et quando restituta, ibid.

Quare corpora extra urbem sepeliebantur, 7. 10.

Loca, quae erant Romana pro sepulchris Nobilium, quam plebeiorum, 8.

Reges, & Imperatores ubi primum humari Roma caperunt, 9.

Vbi postea, ibid.

Corpora extra urbem sepeliebantur, ne occisorum corpora absconderentur, 10.

Hac ratione nomina & cognomina defunctorum scribi caperunt, ut de morte constaret, 11.

Unusquisque sepulchrum in suo fundo habebat, 12.

Fundus sepulchri vixim publicam respiciebat, & quare, 13.

Idem mos in lege Moysi observabatur, 14.

Humandi corpora extra urbem mos fuit plurimum Nationum, 15.

De Republica benemeritii in foro Civitatis sepeliebantur, 16.

Mos sepeliendi scorsum eos qui particulari prerogativa praerexerant, 17.

Corpora Christianorum in Templis sunt Spiritus sancti, 18.

Corpora Christianorum, quare estimanda, 19.

Reliquiae quare venerandae, 20.

Anima in Paradiso suorum corporum appetunt gloriam, 21.

Anima ad corpus cupiunt reverti, 22.

Quare sepeliendum ubi Sacrificia Deo offeruntur, 23.

Christiani quare in Cemeterio sepeliebantur, 24.

Cemeteria intra quod spatium extra Ecclesiam erigenda, 25.

Cemeterium unde dictum, 26. 29. 34. 36. 38.

Varia eius vocabuli significaciones, & etymologia, ibid. & seqq.

Sepulchrum quare sic dictum, 28.

Cemeterium idem, quod Dormitorium, & quare, 29. 31.

Locus in quo hospites dormire consueverunt, Cemeteria appellata, 30.

Mortui quare dormire dicuntur, 32. 46.

Ex sepultura instrumitur de Resurrectione, 33. 46.

Cemeteria quare Pucella vocata, 34. & seqq.

Sepulchra antiquitus in modum putei edificari solita, ibid.

Patulium Roma unde erat, & quid significabat, 35.

Cemeteria quare Requies defunctorum appellata, 36.

Cemeteria male Requies Sanctorum à Cenedo vocantur, ibid.

Corpora in Cemeterio sepulta à malis spiritibus non vexantur, 37.

Cemeteria ubi fabricabantur, 39.

Cemeteria Tempia Laicorum quare dicebantur, ibid.

Cemeteria Agri Dei appellata, 40.

Cemeterium quare Aucta Tertia vocatur, 41.

Mos sepeliendi Christianos unde originem habuit, 42.

Christiani quare sepulchra in Cypris faciebant, ibid. 43.

Indae sepulchra Tumbas sive Speluncas vocabant, 44.

Sepulchrorum varia nomina, 45.

Cemeteria quae in urbe Roma fuerunt, 47.

De eis qui Autores videndi, ibid.

Sepulchra Domus appellata, 48.

Cemeteria alia intra; alia vero extra Urbem, 49.

Cemeteria extra Urbem, Cypriae appellata, 50.

In his Sanctorum Martyrum corpora sepeliebantur, 51.

Hac ratione à Christianis venerata, 52.

S. Hieronymus diebus Dominicis Cemeteria visitabat, 53.

S. Philippus Neri frequenter in Cemeterio Calixti pernoctabat, 54.

Stupendum Miraculum S. Philippi Neri in Cemeterio Calixti factum, 55.

Cemeteria intra Urbem quando caperunt, 56. & seqq. 71.

Cemeteria extra Urbem, sepulchra Christianorum, & eorum forma in urbe Roma, 57.

Fabrica ad sacros usus erant in cemeteriis Roma, 58.

Sancti quare in cemeteriis sepeliebantur, 59.

Romani Viros de Republica benemeritos intra urbem sepeliebant, 60.

Sepulchra in subterraneis locis fiebant, 61.

Christiani in cemeteriis orationis causa conveniebant, omninaque Sacra faciebant, & quae? 62.

Ibi Episcopi Synodos congregabant, & Sacramenta ministrabant, 63.

Cemeterium pro Oratorio sumitur, 64.

Ara erigebantur, & sacrificia quare in cemeteriis fiebant, 65.

Martyrum corpora quare sub Altari collocentur, 66.

Altaria in quibus Corpus, vel Reliquiae Martyrum non fuerint, demolenda, 67.

Imperatores quare Christianos in cemeteriis convenire prohibebant, 68.

Gallienus Imperator liberam concessit facultatem Christianis conveniendi in cemeteriis, 69.

Cemeteria quando frequentata, & in maxima habita veneratione, 70.

Cemeteria ab Ecclesiis quando distingui caperunt, 71.

Constantinus Imperator quo tempore concessit liberam facultatem edificandi Ecclesias, 72.

Tunc temporis ubi Ecclesia, ubi cemeteria edificabantur, 73.

Cemeteria quare distincta ab Ecclesia, ibid.

Cemeteriorum frequentatio quare, & quo tempore cessavit, 74.

Christianae consuetudinis sepeliendi in Ecclesia origo, 75.

Intra Ecclesiam quorum corpora sepeliebantur, 76.

Atrium Ecclesie sepultura Christianorum erat, 77.

Atrium idem quod Cemeterium, ibid.

Christiani quare in atrio Ecclesie sive Cemeterio sepeliebantur, 78. & seqq. 83. & seqq.

Cemeteria quare defunctio mortuorum appellentur, 79.

Loca sepulchralia à spiritibus immundis frequentari, & terrorem incutere probatur, 80.

Demoni in sepulchris habitare quomodo intelligatur, 81.

Benedictiones Cemeteriorum quare fiunt, 82.

Sepultura Ecclesiastica quare inventa, 83. 85.

Vntas sepulturae denotat coniunctionem animorum, & alia, 84.

Quare in sepulchrorum posteris sepeliendi, ibid.

Sepultura quomodo profici mortuo, 86.

Corpora quare intra Ecclesiam prohibita sepeliri, 87. & seqq. 95. & seqq.

Intra muros civitatis sepelire in Gallia olim fuit prohibitum, 88.

Pipinus Carolus Magni pater in remunerationem templi D. Zenonis edificati, in Ecclesia sepeliri petiit, sed non annuit Episcopus, 89.

Reliquiae D. Zenonis ei concessit, ibid.

Idem Rex ubi sepulturae elegit, 90.

Imperatores plures propter Ecclesiae reverentiam, extra eam sepulti, 91. 93.

Constantinopolitani Imperatores, quare intra Ecclesiam sepeliri volebant, 92.

Constantinus Magnus quare in foribus S. Petri sepultus, 93.

Reges & Regina antiquitus intra Ecclesiam sepeliri non poterant, 94. 183.

Quando intra Ecclesiam, sive in Atrio sepeliri caperunt, ibid.

Prohibitionis sepeliendi in Ecclesia ratio ex quo sumatur, 95.

Atrium quare datum Gentibus in Lege veteri, & ibi, 96.

Hic-

usa abolitam, Theodorium vero Regem Italiae restituisse, sed & iterum eam irritam fecit Leo Imperator Novella Constitutione 53. latissime plura referens Petrus Greg. Synrag. l. 2. dist. lib. 33. cap. 21. num. 4. Spino in Specul. testam. gloss. 2. princip. num. 30. Barbol. de offic. & potestat. Paroch. cap. 26. num. 5. licet certum sit a principio fuisse usu receptam per plura tempora: ut constat ex l. Prator aut. §. Di-vinus Arianus, de sepult. violat. ad idem est textus in l. mortuorum. Cod. de relig. & sumpt. funer. de quo videndus Virgilius 6. Aeneidos, ubi ait:

Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro. eui adde Mendosam in Viridar. lib. 8. cap. 1. num. 158. Decade 7.

7 Eius vero prohibitionis duplicem afferendam rationem: una afferbatur divina, ad cavendam pollutionem publicorum factorum, quae per humationem contaminari putabant, si intra moenia sepeliebantur: altera vero erat civilis, ne acriter inde putreficeret: loca erant extra urbem destinata, alia publica, alia privata: de primis duo erant 8 Romae, unus pro pauperibus & vilibus personis, five, mancipiis, non procul ab urbe extra portam exquilinam in campo exquilio: alter vero pro Viris illustribus & de Republica benemeritis, in Campo Martio, de quo Appianus Alexandrinus, de Civilibus, inquit, lelticam subiere potentiores & Senatu omni, & in campum Martium intulere, quo in loco dumtaxat humani Reges consueverunt, in quo fuisse primo sepulchrum Imperatorum, ubi tantum Reges humari consueverunt ex Appiano lib. 1. de bello Civili, tradit Petrus Gregor. loc. cit. num. 5. qui postea in via Flaminia sepulci fuerunt, teste Strabone, quem sequitur idem Gregor. num. 6. & de hac consuetudine sepulturae, vide plura apud Valenz. conf. 18. ex num. 7. & 9. Ad haec, etiam tertiam huius prohibitionis addebant rationem, ne illa licentia sepeliendi occasionem daret delinquendi, & occisos occultandi: quae movit Franciscum I. Galliarum regem, ad huiusmodi damnum praevendum in Gallia Ann. 1539. teste 11 Gregorio num. 9. ut statueret, nomina & cognomina scribi debere eorum qui sepeliebantur, ut si questio incidere, facilius veritas haberetur: quam consuetudinem etiam uniformiter in nostra Hispania servari certissimum est.

12 Et ex his, privata loca extra urbem illa erant, quae unquam in suo fundo habebat, l. tumulus, ff. famul. ercisc. l. ade sacra, ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de relig. & sumpt. funer.

13 quare in fundo qui viam spectaret sepulchra ponebant, ut viatores mortalitatis monerentur: l. 2. ff. de viis public. quem morem in sacra Scriptura saepe legimus, de Jacob in terra 14 Chanaan Genes. 50. de Lazaro extra Bethaniam Ioan. 11. de Juvene quem suscitavit Jesus Luca 7. & de Christo Domino in horto sepulto Ioan. 19. & Matth. 27. cuius rei hodie plura extant exempla in Urbe Roma, de quibus Barbol. d. cap. 26. num. 5.

15 Quam consuetudinem humani corpora extra urbem non solum habuerunt Romani, sed & alii Nationibus fuisse communem satis constat ex eo, quod tradit D. Chryl. in Psal. 5. tom. 1. Si extra urbem corpora mortua sepeliantur, multo magis qui verba mortua, & qui talia profertur, & ne regere aut obumbrare quidem volunt, longe amandare oportet, de more Graecorum videndus Petrus Gregorius num. 7. & 8. ubi de Tarentinis, & Aethiopiibus.

16 Postmodum vero qui de Republica erant benemeriti, in foro civitatis sepeliebantur: Author est Appianus Alexandrinus de bello civili, cap. 1. videndus Joan. Garcia. de expens. cap. 8. Spino de testam. gloss. 2. princip. num. 31. Petrus Gregorius num. 6. & de hoc more sepeliendi seorsum eos qui aliqua particulari prerogativa praerulerunt in yta, vide plura apud Laurentium Belis in repetit. text. in can. Nullus mortuus, 13. quest. 2. 2. par. num. 19. Alexan. ab Alexan. lib. 6. c. 14. ubi Tiraquel. fol. 926. & Plutarch. Problem. 79.

18 Verum Christiana pietas à Christo Domino edocta, opera misericordiae propiciens, ne Christianorum corpora more ferarum sepelirentur, parvi pendens Imperatorum edicta, considerans corpora Christianorum Templum esse

Spiritus sancti, juxta illud D. Pauli, 1. ad Cor. 6. 19. An nescitis quoniam membra vestra a templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo. Unde D. August. de Civ. Dei, lib. 1. cap. 13. ait: non contemnenda, & abicienda sunt corpora defunctorum, maximeque in sanctorum, quibus tanquam organis & vasibus ad omnia bona opera sanctus usus est Spiritus. Cui consonat D. Dion. Aenop. lib. de Eccl. Hier. arch. cap. 8. p. 3. ubi ait: Vas enim ubi protiosissimum ali-quod servatum est, haberi convenit charum, propter eius quod servavit memoriam, quorum animae etiam in paradiso suorum corporum appetunt gloriam: cuius rationem idem S. August. reddidit lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 35. dicens: Credibile est animas corpore solutas, & si forte nesciunt, quid corporibus eorum accidat, tamen cupere ut honeste habeantur, sicut etiam cupiunt ad ea reverti: quod egregie demonstrat, rationem reddens Christianae pietati conformem, Bell. lib. 1. de Purgatorio, c. 11. loquens de Jacob & Joseph per haec verba: Cur quae Jacob & Joseph in Aegypto morientes cupierunt ossa sua deferri in terram promissionis, nisi quia ibi solum sacrificia pro defunctis facienda esse noverant: ob quam rationem concessum fuit, ut sine differentia omnes in Ecclesia tumularentur, ut infra à latius dicemus. Pie ergo statum fuit, Christianorum corpora in loco specialiter ad hoc destinato sepeliri, quem Cœmeterium appellari voluerunt, ut in Con. Colon. 3. par. 7. c. 15. statutum fuit per haec verba: Quod ad sepulturam attinet, qui poterit negare rem longe piosissimam esse, & in veteri, & in nova Lege accurate observatam, ut Christianorum (qui spem resurrectionis habent) corpora, non pecudum more disculantur, sed in Cœmeteriis sine recondantur: quod etiam mysterion non caret, idque extra Ecclesiam immèdiate per triginta passuum spatium comprehendit: cui per hoc spatium immunitatem concesserunt sicut eidem Ecclesiae: cap. Sicut antiquitus, 17. quest. 4. Spino supra, num. 32. Fulcus de vis. lib. 1. cap. 12. num. 1. de quo statim.

Quare autem locus iste cœmeterium sit appellatus? variant Doctores: alii enim voluerunt dici quasi cinisierium, quia ibi corpora, five cineres mortuorum tenentur: alii à Cinis quod est dulcor, & tero quod est status quasi dulcis status appellerunt, cum ibi corpora quiescant: ut videtur est per ea que tradit Spino num. 33. Petrus vero Gregorius supra num. 3. Sepulchrum dictum esse ait quasi seorsum à pulchro, ob festorem qui illic includitur: unde Dominus Matth. 23. 28 Iudaei dixerat: similis estis sepulchris dealbatis: Guillelmus vero Duran. viri alioquin doctissimus in Rationali lib. 1. cap. 5. n. 4. & alii crediderunt, quos refert Durantus de Ritibus Eccl. lib. 1. c. 23. m. 1. Cœmeteria dicta quia ibi sunt Cyniphe, ridiculum quidem dictu: Stephanus autem Durantus de ritibus Eccl. lib. 1. cap. 23. à verbo Graeco quod Latine sonat dormire, five sopiri, credit originem sumpsisse, juxta morem Sacrae Scripturae Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit. Paul. 1. ad Corinth. 15. 6. Quidam autem dormierunt, & alibi saepe. Unde Strabo lib. 1. de rebus Ecclesiasticis. c. 6. apud Athenæum lib. 4. cap. 5. domos in qua hospites dormire solent à Cretensibus Cœmeterium appellatur. Ad idem videndus Caelius Rhodig. lib. 18. cap. 26. de quo vide quae notavimus cap. 27. de Hospitalibus, num. fin. 168. Quare loca in quibus Christiani sepeliebantur, Cœmeteria quasi Dormitoria dicta fuerunt, cum juxta stylium Sacrae Scripturae mortui dormire dicantur: nam ut ait D. Hieron. super Paul. ad Thessalon. 4. eos Dormientes appellat, quia certum est eos resurrecturos: quibus consonat D. August. Epist. 122. & alii plures de quibus Durantus ex num. 1. 2. & 3. & pluribus relatis videndus Barb. in votis decisivis, p. 3. voto 103. ex n. 1. usque ad 6. latè Fulc. d. cap. 12. n. 2. & Marius Itala de immunit. eod. lib. 1. cap. 4. §. 7. ex n. 3. atque ita Deo placere sepulturam, quoniam non parum attinet ad fidem Resurrectionis adstruendam: Indeque docemur quanta futura sit ab eodem remuneratio pro his quae sentientibus benignè damus, quando nec apud eum perit quod non sentientibus officio diligentiaque perfoliatur: de quibus vide Laurent. Belis d. 2. par. num. 43. & idè per sepulturam fidem nobis de resurrectione dari, probat D. Thom. in 4. sent. dist. 15. qu. 2. art. 3.

34 Item & cœmeteria Puticula aliquando vocata fuerunt: eo quod sepulchra antiqua in Puteorum formam solita fuerunt excavari: Unde in Exquilis Romae locus publicus erat, quem Puticulum vocabant: quoniam illic esset sepulchrum miseræ plebis: ut ex Varrone & aliis antiquum morem fuisse ad veritè Caelius Rhodig. l. 1. c. 10. cap. 17. quos idè Puteos appellatos coniecit, quia ibi corpora defunctorum putrefcunt: & hodie observatur Romae in Ecclesia S. Adriani, ubi sepulchrum reperitur in forma Putei fabricatum, in quod projiciuntur corpora ut ibi maneat sepulta.

36 Ad haec etiam cœmeteria, Requies defunctorum appellata fuerunt à S. Ambrosio in c. Aurum, 12. quest. 2. Glof. in c. cum gravia, 13. quest. 2. Bart. in tract. de differ. inter Jus Canon. & Civil. in fine: non Sanctorum ut voluit Cenedo in collect. 46. ad Decretum, in cap. ubi cumque sepeliatur, 13. quest. 2. num. 2. & ex hoc ratione corpora ubi sepulta nequeunt à malis spiritibus vexari: Laurent. Belis in repet. text. in can. nullus mortuus, 2. par. 13. qu. 2. n. 39.

38 Praeterea Alit etiam voluerunt, cœmeteria, five Cimeteria dicta esse à verbo Cis quod est idem ac ante, ut videtur est per ea que tradit Sylvest. in Summa verbo, Cimeterium, in princip. ubi docet ex eo dici, quia ante Ecclesias fieri solebant: quod nequaquam placuit Laurentio Belis d. 2. par. num. 49. Sed sine ratione; nam cœmeterium aliquando fabricatur ita ut circumat Ecclesiam, & sumitur ab atrio Templi, quod eodem modo fabricabatur: de quo vide Canon in Analogia vet. Test. cap. 12. num. 6. ubi ait hoc esse tanquam Templum Laicorum in quo orabant: vide ipsum num. 9.

40 Melius ergo Germani Agros Dei cœmeteria appellant: ut observat Barb. d. voto 102. num. 6. in quo tor grana fructuum in aeternam vitam seminantur, quot homines obdormientes sepeliuntur: vel ut Beyerlich in Theatro vite humane, verbo Cœmeterium, tom. 2. ait, quia in eis Deus suam semenem segetemque habet, quam in fine mundi tanquam Messem jam maturam demet, & in caeleste horreum in aeternum victuram collocabit: zizania in ignem inextinguibilem missa.

Et denique Alit voluerunt ita appellari à verbo Graeco Cemen quod Latine Arum significat, & à Teron, quod est Terra, quasi Area Terrae, quia caeteris est pretiosior, ut ex Glof. in cap. Sacris, verbo in Cœmeterio, observat Itala dist. 5. 7. num. 9.

41 Hanc vero morem sepeliendi Christiani ab Abraham edocti sequuti sunt: nam ut notat Josephus, & legitur Gen. 23. sepeluncam duplicem & agrum circa eam, ab Ephron Etheo Filio Saor prope Hebron, quadringentis Siclis emit, in quo agro Sarum uxorem suam sepelivit, ut tradunt Polyd. Virg. de invent. rerum, lib. 5. cap. 6. Beyerlinch supra, Barbol. de iure Eccl. univ. lib. 2. cap. 9. num. 4. & d. voto 103. num. 18. Baron. Anno 226. num. 8. Fulc. d. cap. 12. num. 3. Quare ab eodem principio derivatur mos 43 item nostrorum Christianorum primorum, qui sepulchra in cryptis faciebant: unde Epiph. haer. 30. ait: Iudaeos sepulchra appellasse Tumbas, id est speluncas in petris effossas & constructas: juxta illud quod de Christo Domino Matth. 27. & Luca 13. legitur, excisum fuisse sepulchrum in saxo five petra, fuisseque intra speluncam: de quo vide Beda de locis Sanctorum, cap. 2. Baron. tom. 1. Anno 34. & tom. 2. Anno 226.

45 Unde etiam sepulchra haec, quae modo cœmeteria variis nominibus appellata fuerunt à principio interdum Area, Tumba, Catacumba seu Catacumba, vel Crypte arenariae, & ex loci natura nomine comparato: sed Cœmeterium visitatus: eo quod fides docet Christianos non mori, sed rursus excitandos interea in Domino obdormire, ut supra diximus, & praefatur Baron. d. Anno 226. ex num. 8. ubi num. 9. de quadraginta tribus cœmeteriis, quae in urbe Roma fuerunt, mentionem facit: & in Martyrol. sub die 21. Januar. d. lit. E. Roman. in tract. de las Republicas, lib. 4. cap. 4. ubi omnia enumerat: Ad idem Barbol. dist. voto 103. num. 22. Et de istis etiam cœmeteriis Urbis, videndi sunt Onuphrius Panvinus de iure sepul. mort. cap. 12. Beyerlinch supra, & de iure Eccl. Cathedr.

linch disto verbo Cœmeterium, pag. 287. lit. F. Bossius in Roma subterranea, lib. 1. cap. 11. Barbol. dist. voto 103. num. 38. Insuper Domus etiam appellantur sepulchra, l. 4. in princ. Cod. de sepult. viol. ad quod conducit illud Psal. 48. ubi, Sepulchra illorum, domus eorum in aeternum.

Hæc autem cœmeteria in duplici erant differentia: alia extra Civitatem, alia vero intra. Extra urbem fuit illa, quae Crypta appellantur subterraneae, & perobscura sunt loca: de quibus latè Antonius Bossius in Roma subterranea, lib. 4. cap. 2. pag. 596. in princ. Barbol. disto num. 22. In illis Sanctorum Martyrum corpora sepeliri consueverant: non enim consueverunt Christiani more Gentilium corpora defunctorum cremare, sed ea religiosa rapina auferentes in cœmeteris five in Cypriis collocabant: ut post alios, Auctor est Card. Baron. disto Anno 226. num. 8. unde frequentè veneratione illa Christiani colebant, teste D. Hier. in Ezechiel cap. 40. ubi de se ipso testatur, quod puer existens Romæ, diebus Dominicis haec sepulchra frequenter visitabat: cuius verba refert Baron. num. 10. quem morem nostris temporibus restituit ille disciplinae Christianæ restitutor, omnium virtutum opifex & Magister, Patronus maximus, & Tutelarissimus meus Magnus S. PHILIPPUS NERIUS, qui more Hieronymi frequenter Ecclesias Romæ visitans, apud cœmeterium Calixti juvenis pernoctare consueverat, ut Ecclesia de illo canit: ubi tot tantaque miranda paravit, ejus sanctitatem Deus Opt. Max. cum jam ad superos evolasset, & in caelesti patria collocatus esset, admirando & stupendo miraculo demonstrare dignatus est: sed enim Anno 1598. & post obitum S. Viri secundo, Jacobus Crescentius Abbas, aliis associatus amicis, qui peritissimi asserabantur, ingressi fuissent omnes in cœmeterium Priscilla: extra portam Salariam, ut innumera Sanctorum corpora ibi quiescentia venerarentur, & spatio quinque horarum ambulassent, viam amittentes, repente se invenerunt in quodam loco ad modum labyrinthi constructo, ubi viam quaerentes qua exirent, cum per spatium quadrantis unius horae iter agerent, in eodem loco iterum se invenerunt: lux aurem, quam secum portabant, extinguebatur omnino: ita ut omnes ibi se perituros inedia per certo haberent: nemo enim sciebat quod illa loca ingressi fuissent, quæ etiam à paucis visitantur: & dum in-grediebatur aliquis, erat ex absconditis cryptæ: omni igitur humana spe destituti, & oblitii omnium Sanctorum, quorum Reliquias veneratui advenerat, Jacobus Crescentius plenus fide ad socios dixit: Habeamus fiduciam in Domino, & omnes simul preces effundamus ad B. Philippum, cuius opem habebimus. O mira res! statim spatio unius Messerere, ad ostium per quod ingressi fuerant se invenerunt, per quod more aspidum exeuntes (alio enim modo nec ingredi, nec egredi per os cœmeterii illius valebant) cum horologium sonaret, septem horarum spatium consumpsisse intus cognoverunt: ex quo statim ad Capellam S. Philippi perrexerunt, ubi gratias agentes Deo, & S. Philippo, votum argenteum miraculum narrans Abbas reliquit: ut latè dicebamus in Vita S. Philippi, lib. 5. c. 16. n. 12.

Cœmeteria vero intra urbem, quae circa Ecclesiam fieri solebant, recentiora sunt multo quam illa: etenim in illis, id est in cœmeteriis extra urbem, mos fuit Christianis primævis in urbe Roma civitates subterraneas usque dicam extra ipsam fabricare, ubi corpora Sanctorum sepelirentur, & in eis plateas construebant, in quibus sacri conventus Christianorum fiebant, & omnia Divina celebrabant, Sacramque peragebant mysteria: ut ex D. Hieronymo & Prudentio accuratè tradit Magnus Card. Baron. in Annal. Eccl. Anno 130. num. 2. per haec verba: Hæc que scribit Dio de Iudeorum subterraneis viis fabricatis, illam ipsam planè speciem Cœmeteriorum representant, quæ etiam Rome fuerunt à Christianis in arenariis cryptis constructa, quorum usus non modo inferrebat humanis defunctorum corporibus, ex quo & nomen est inditum: sed & persecutionis tempore, ad latebras Christianorum, mirabile distu! vidimus, saepiusque lastravimus Priscilla Cœmeterium hac pridem inventum atque resosum, via Salaris, tertio S 2 ab

Hieronymi Quirini nobilitas ratio ob quam intra Ecclesiam sepeliri noluit, 97.
 Christiani quare in loco sacro sepeliebantur, 98.
 Monumenta quare dicta, 99.
 Per Cœmeteria incidere, & pro defunctis non exorare, quasi sacrilegium, 100.
 Locus sepulture quibus proficit, 101.
 Lucifer de Cælo deturbatus & prostratus, ibid.
 Adamus de Paradiso eiectus, ibid.
 Iob in Tabernaculo interfecit, ibid.
 Iob in sterquilino triumphavit, ibid.
 Locus non sanctificat hominem, 102.
 Cœmeterii definitio, 103.
 Cœmeterii appellatione quid comprehendatur, 104.
 Ad constitutionem Cœmeterii quid opus sit, 105.
 Cœmeterium quando est locus pius, 106.
 Nobilitas sepulture ubi Gentiles faciebant, 107.
 Cadavera prepe Ecclesiam sepeliri quis primus permisit, 108.
 Cœmeteria prope Ecclesiam in Francia non permittebantur, 109, 123.
 Pietas sepeliendi Gentilibus fuit communis, 110.
 Scytharum religio circa sepulchra, 111.
 Religio Christiana pietas circa sepulchram, 112.
 Sepulchrum Christi quare gloriosum, 113.
 Non sepelire mortuos barbarum, 114.
 Forma Cœmeteriorum tam Cathedralium quam inferiorum Ecclesiarum, 115.
 In Cœmeteriis domus non edificanda, 116.
 Idem in variis Nationibus observatum, ibid.
 Agnoscitatem mos ille originem habuit, 117, 183.
 Immunitas Ecclesia ad quem ambitum extra eam prorogetur, 118.
 Passus mensura, 119.
 Cœmeteria maiori ratione gaudent immunitate, quam Cella Religiosorum, & alia, 120, 131.
 Cœmeterium ex se gaudet immunitate, ibi, & 131. & quibus conditionibus, 133.
 Polluta Ecclesia quando, & quare polluitur Cœmeterium, 131.
 Quid a contra, ibid.
 Cœmeterium quomodo hodie edificandum, 122.
 Cœmeteria quando & quare remanet erigenda, 123.
 Processus, & sententia annullantur si in Ecclesia fiunt, 124.
 Mercatus quid & eius significatus, 125.
 Cœmeterium noviter inventum in Ecclesia CesarAugustiana, ibid.
 Cœmeterium habere que Ecclesia possit, 126.
 Episcopus potest concedere Ecclesia privilegium Cœmeterii, vel consuetudine acquiri, 127.
 Mortui quare potius sepeliendi in Cœmeterio Cathedralium, 128.
 Beneficia omnia à principio curam habebant animarum, & quare, 129.
 Cœmeterium unum pro pluribus Ecclesiis servare potest, 130.
 Aula Ecclesiarum, & Porticus, gaudent immunitate, 131.
 Omnia spectantia ad fabricam Ecclesie gaudent eadem immunitate, 132.
 Facta prohibitione pro Ecclesia, constat facta pro Cœmeterio, 134, 178.
 Decianus resellitur existimans Cœmeterium separatim ab Ecclesia non gaudere immunitate, 135.
 Locus quando fiat religiosus de Iure Civili & Canonico, 136, 153.
 Iuri Canonico in quibus standum, & non Civili, 137.
 Immunitas Cœmeterii ex quo proveniat, 138.
 In Cœmeterio Christiani tantum sepeliendi, 139.
 Sepultura Ecclesiastica privati, non possunt sepeliri in Cœmeterio, ibid.
 Idem in Cœmeteria distanti ab Ecclesia, 140.
 Sepultura Ecclesiastica qui priventur, 141.
 Non solvens Decimas, ibid.
 Cadavera, que intra Ecclesiam sepeliri prohibentur, qua distantia ab Ecclesia sepeliendi, 142. & seqq.
 Excommunicatus adesse non potest in loco extra Ecclesiam ubi Divina audiatur, 143. & seqq.
 Qui vivus in Ecclesia esse non potest, nec mortuus esse debet, 144.

Censuratus extra locum sacrum ubicumque potest sepeliri, 145.
 Censuratus quare extra Ecclesiam assistere non potest ubi Divina officia audiatur, & mortuus sepeliri potest ubi audiatur, 146. & seqq.
 Interdictio ingressu Ecclesia non licet extra Ecclesiam Divina audire, 147.
 Auditio Divinorum requirit actum rationis, 148.
 Prohibitus celebrare in aliquo loco, extra muros illius celebrare potest, 149.
 Excommunicato sepulto in Ecclesia quid faciendum, 150.
 Verbum Procul quid importet, 151.
 Cœmeterio aucto, an illa pars sit benedicta absque aliqua solemnitate vel licentia Episcopi, 152.
 Ex sola destinatione Episcopi res efficitur sacra, 153.
 Stupendum miraculum de S. Martyre à vinculo excommunicacionis non absoluto ante mortem, circa prohibitionem sepulture & Ecclesiastica, 154.
 Censurati non sunt in Ecclesiastica sepultura sepeliendi etiam si cum signis penitentia decesserint, 155.
 Episcopus debet compellere exhumari corpora censuratorum, & extra locum sacrum sepeliri facere, 156.
 Quibus vivis non communicamus, nec mortuis communicare debemus, 157.
 Cadavera deportatorum non possunt intra civitatem transferri, 158.
 Profana sepultura, Caninæ nuncupantur, 159.
 Sepeliri intra Ecclesiam premium est, 160.
 Natales est hominibus appetere optimam sepulchram, 161.
 Privatio sepulture pena gravissima in Scriptura, 162.
 Heliensis reprobari existimans nullam penam incurri per humationem excommunicati in loco sacro, 163.
 Excommunicatus non solum in vita, verum & post mortem evitare tenetur, 164.
 Homo mortuus quare non est homo, 165.
 Mortuus respiciere non potest, 166.
 Propter culpam commissam in vita, pena continuari potest post mortem, 167.
 Vivens an ius ad sepulchram post mortem habere possit, 168.
 Ecclesia prohibere potest communicationem tam cum vivis quam cum defunctis, 169.
 Ecclesia absolvit mortuos à censuris, 170.
 Communicatio vivorum cum defunctis quo pacto prohiberi potest, 171.
 Mortuus post absolutionem à censura sepeliri potest in Ecclesia, 172.
 Absoluto pro foro conscientie an proste pro foro externo, 173.
 Cadaver censurati quod inveniri non potest, exhumandum non est, nec extra Ecclesiam sepeliendum, 174.
 Exhumato censurato, locus sacer reconciliandus est, 175.
 Censuratum toleratum non tenetur extra Ecclesiam sepelire, 176.
 Modus absolvendi Cadaver à censuris, 177.
 Prohibita Ecclesiastica sepultura, non potest sepeliri in Cœmeterio, 178.
 In sepeliendo excommunicato datur parvitas materia, 179.
 Sepultus per modicum tempus in Ecclesia non facit eam pollutam, 180. & seqq.
 Ecclesia quare ex parte inferiori sepeliat cadavera, 181.
 Honor sepulture in Ecclesia solis Episcopis olim permittebatur, 182, 185.
 Gentiles in Civitate tantum Viro virtute excellentes sepeliebant, 181, 117.
 Vicarius ex generali consuetudine non potest dare licentiam sepeliendi in Ecclesia, 184.
 In Ecclesia tantum Ecclesiastici, & virtute pollentes sepeliebantur, 185, 195.
 Reges, & Imperatores in Ecclesia sepeliebantur, 186.
 D. Petrus Martinez. Rabio Archiepiscopus Panormitanus laudatur, 187.
 Catholicis quare in Cœmeteriis sepeliebantur, 188.
 Episcopi & alii, quare in Ecclesia sepeliebantur, 189.
 Premia & privilegia quare concedantur, 190.
 Sacerdotibus antiquæ Legis honor sepulture maior concedebatur, 191.
 Zacharias pater S. Joannis in Templo sepultus, 192.
 Sacerdotes ubi eligere debent sepulchram, 193.
 Qui supra leges humanas vixit, mortuus non subiicitur legibus humanis, 194.

Honor sepulture in Ecclesia omnibus iam concessus, 196.
 Sepultura quare intra Ecclesiam concessa, 197. & seqq. 218. & seqq.
 An iure permitatur omnibus sepeliri intra Ecclesiam, 198.
 Ex generali consuetudine omnes sepeliuntur in Ecclesia, 199.
 Vbi viget consuetudo non sepeliendi omnes in Ecclesia, servanda est, 200.
 Sub Altari maiori corpora non sunt sepelienda, 201.
 Exempla eorum, qui in humili loco sepeliri voluerunt, & quare, 202.
 Pro concessa sepultura in Presbyterio, datur manutentio, 203.
 Episcopus, vel Legatus non possunt concedere sepulchram in Cathedrali, 204.
 In iure Capitulum Cathedralis non datur sepulchrum quoad dominium, 205.
 Ius sepeliendi diversum est à iure prohibendi sepeliri, 206.
 Laici non possunt habere ius sepulture quoad dominium vel proprietatem, sed quoad usum, 207.
 Ius prohibendi sepulchrum ex quibus acquiratur, 208.
 Sepultura iura in qua differentia considerantur, 209.
 Ius sepulture quomodo, & qua auctoritate acquiratur, 210.
 Deficiente progenie seu familia sepultura redit ad Ecclesiam, 211.
 Ius prohibendi sepulchrum quanto tempore acquiratur, 212.
 Vendere sepulchrum an liceat, 213. & seqq. 215.
 Situs, vel honorabilis Locus, pretio estimabilis est, 214.
 Venditio sepulture quando simoniaci sit, 215.
 Basilii Imperator primus in Ecclesia sepultus, 216.
 Basilice à Basilio Imperatore Græco dicta, 217.
 Ecclesia quare mortuos intra eam sepeliri permittit, 218. & seqq. vide 197.
 Templum habitaculum est Dei, 218.
 Actiones pie in Templo fieri debent, ibid.
 Templum religiosum sunt Cadaveribus ibi sepelitis, 219.
 Hominis dignitas presantissima est, 220.
 Christiani Christi membra, & Tempia sunt Spiritus sancti, 221.
 Mortuus reliquias retinet humana natura, 222.
 Propter adiunctum permittitur, quod alias denegaretur, 223.
 Morientibus gratissimum est eorum impleri voluntates, præcipue circa sepulchram, 224.
 Ex privilegio sepultura intra Ecclesiam, ditantur ipse Ecclesia, & cultus divinus augetur, 225.
 Argumentum valet de tempore ad locum, 226.
 Corpora animarum que in triumphanti Ecclesia Divina cantant Laudes, in militanti requiescere debent, 227.
 Monumenta & sepulchra nos admonent esse mortales, 228.
 Ecclesia non permittit ab ea viros extrahi, ita neque mortuos, 229.
 Sepultura conducit ad quietem anime, 230.
 Fideles accedentes ad Ecclesiam, pro fidelibus ibi sepultis orant, 231.
 Sancti Patroni Ecclesiarum, fideles ibi sepultos suffragiis suis adiuvant, 232.
 Cœmeteria sicut Ecclesie benedicuntur, vel consecrantur, 233.
 Episcopus designat Ecclesiam, & Cœmeterium, 234.
 Consecrata Ecclesia, & Cœmeterium consecratum, 235.
 Specialiter consecratur, ibid.
 Per consecrationem Cœmeterii potestas secularis excluditur, 236.
 In consecratione, pollutione, & reconciliatione, quod servatur in Ecclesia procedit in Cœmeterio, 237.
 Cœmeterium sacrum & sanctum vocatur, 238.
 Duobus existentibus Cœmeteriis, uno polluto, quando alterum pollutum consecratur, 239.
 In Cœmeterio actiones profana exerceri non possunt, 240.
 In Cœmeteriis, feminis perigrinare non licet, & quare, 241.
 In Conviviis & Agapibus qui Authores videndi, 242.
 Cœmeteria gaudent immunitate sicut Ecclesie, etiam in distantia quosdam, 243.
 Domus intra quod spatium vicina Cœmeteriis edificari possit, 244.
 In Cœmeteriis tumultus cessare debent, 245.
 Extra Cœmeterium domus possunt edificari, & quomodo, 245.
 Frances de Eccles. Cathed.

Cœmeterium profanatum an in profanos usus converti possit, 246. & pluribus seqq.
 Ecclesia diruta in pios usus convertenda, Cruce ibi affixa, 247.
 Erga Ecclesiam dirutam mirabile exemplum reverentia, 248.
 Cœmeterium dirutum quando in profanos usus converti possit, 249.
 Cœmeteriis quo iure reverentia debeatur, quo iure verò Ecclesie, 250.
 Ratio reverentia erga Ecclesias, & Cœmeteria in quo consistat, 251.
 Oratorium privatum quare immunitate non gaudeat, 252.
 Privilegia immunitatis sunt amplianda, 253.
 In Ecclesia mercatores tabernæ prohibite, in Cœmeterio non ita stricte, 254.
 Ligna, & alia Ecclesie diruta signa quare in profanos usus non convertenda, 255.
 Solum Ecclesia diruta pro rebus profanis servare potest, 256.
 Ligna, & alia materialia Ecclesie in usus profanos in Hispania convertuntur, & quo casu non, 157.
 Cœmeterium consecratum destructum non potest in usus profanos converti, 258.
 In sordidos usus profanatum Cœmeterium converti non debet, 259.
 Ornamenta, & alia utensilia Ecclesie an in usus profanos converti possint, 260.
 Cœmeterium benedictum an si augeatur, pars aucta sit benedicta, & gaudeat privilegiis, &c. 261. & seqq.
 Auctares iisdem privilegiis gaudet ac principalis, 262.
 Aucto Claustro, ea pars iisdem gaudet privilegiis, 263.
 Aucta Ecclesia quando regat nova benedictione, 264.
 Vestes sacerdotales fractæ quando sint iterum benedicenda, ibid.
 Argumentum quando non sequatur naturam principalis, 265.
 Cœmeterium Ecclesie exemptæ an gaudeat exemptione, 266.
 Ad profanatum Cœmeterium quomodo Episcopus procedere debeat, 267.
 A sententia Episcopi declarantis profanandum esse Cœmeterium, datur appellatio suspensiva, 268.
 Habens sepulchram in Cœmeterio, quod incorporatur Ecclesie, an illam conservet, 269.
 Insuperatatus amissum destructione Ecclesie, non reviviscit nova adificatione facta ab alio, 270.
 Episcopus, que permittere possit, quidve prohibere, tam in adificatione, quam in conservatione Cœmeterii, 271.

A Niquitas certum est lege duodecim Tabularum prohibitum fuisse mortuos intra urbem sepelire; cuius verba sunt: *hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve inter: ut in l. 3. §. Divus, de sepult. viol. aperte probatur, & l. mortuum, ff. de relig. & sumpt. funer. ad idem videndus Cicero lib. 2. de leg. Julius Paulus lib. 1. recep. sentent. & de pluribus prohibitionibus Romæ ab Imperatoribus factis videndus Petrus Gregor. Synag. lib. 3. cap. 2. num. 1. 2. & 4. D. Ferdinandus de Mendoza de confir. Concil. Niber. lib. 3. can. 35. cap. 4. ubi subdit, quod cum huius Concilii tempore Hispania Romanorum legibus subderetur, cogebantur Christiani non solum quæcumque cadavera, verum etiam Martyrum corpora extra moenia urbis in Cœmeteriis sepelire: quod nulla Civitas luculentius quam nostra CesarAugustana comprobare potest; cum extra portam Cyneream innumerabilem Martyrum turba ab impio Daciano trucidata fuerit, quorum corpora extra eam portam sepulta fuerant; & ex loco, qui *la Cruz de el Cajo* appellatur, usque ad Ecclesiam S. Engatiae extra eandem urbem collocata fuerunt, ubi honorifica veneratione coluntur. Eorum autem festivitas 3. Novembris anniversaria celebrata recollitur. Sed hunc morem sepeliendi extra urbem jam legibus Romanorum antiquatum fuisse notavit Baron. in *Martyrol. Roman. ad diem 3. Janu. lit. E.* de quo infra dicemus.*

Olim in domo sua unusquisque sepeliebatur: ut testatur *l. l. fid. Orig. lib. 1. §. cap. 11. Card. Baron. in notis ad Martyrol. Roman. die 10. Febr. verbo via Lavicana, late etiam in Annal. Eccles. Anno 226. num. 7. Lauren. Belli in repet. text. in can. Nullus mortuus, 1. §. qu. 2. num. 11. Gratianus ad c. 210. n. 5. qui notant legem hanc 12. Tabularum, contrario*

ab urbe lapide, quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus, præ eius amplitudine, multisque atque diversis eiusdem visis, quam subterranea Civitatem: quippe quod ipsius ingressu primaria via ceteris amplior pateat, que hinc inde vias diversas habeat, easdemque frequentes, quarum sum in diversis viculis dividuntur, & angustiores rursus ut in Civitatibus, statim locis, vel foras quædam, ampliora sint spatia ad Conventus sacros agendas, eademque Sanctorum imaginibus exornata; nec desunt, licet nunc obstruata, ad lumen recipiendum desuper excisa foramina. Obstruuntur ubi, cum in suis suburbis abditas se novit habere Civitates Christianorum tempore persecutionis, olim Colonias, modo autem sepulchris tantum referantur; & quod legebat in Chartis, vel videbat ex aliis Cœmeteriis aliqua solum ex parte reclusis, tunc plenius intellexit: Que enim de istis apud S. Hieronymum, vel Prudentium legatur, suis oculis intuenti vehementer admiranda spectantur. Sed de Cœmeteriis disturi sumus aliâ locupletius satis: hæc modo occasione Induciarum latebrarum, que ad insultus & impetus Romanorum vitandos ab illis instructa fuerunt; quem admodum & a Christianis Romæ, aliisque in regionibus, ubi loci natura concederet, ad favorem Gentilium evitandum, eiusmodi sunt loca composita. Hæcenus Baron.

Inde etiam cecinit Prudentius nosse in Hymno 11. de Passione S. Hippolyti Martyris, de cœmeterio Cytiacæ in agro Verano posito, his versibus:

*Fluâ procul extremo culta ad pomeria vallo,
Mors latebrose Cryptæ latec foveis.
Hinc in occultum gradibus via pronare flexis,
Ire per anfractus luce latec docet.
Primas namque fores summo tenuis intrat hiatus,
Illustratque dies limina vestibuli.
Inde ubi progressu facili negrescere visa est
Nox obscura loci per specus ambiguum;
Occurrunt castis immensa foramina tellis,
Que iacent claros antra super radios:
Quamlibet accipites taxant hinc inde recessus,
Arctæ sub umbrastris atriâ porticibus:
Attamen excelsi subter cava viscera montis,
Crebra terebrato fornice lux penetrat:
Sic datur absentes per subterranea Solis
Cernere fulgorem, luminibusque frui:
Et inferius de frequentia illuc accedentium tunc ad
Corpus Sancti Hippolyti ibi positum, de quo agit, hæc addit:*

*Mane salutatum concurrunt; omnis aderat,
Pubes, eunt, redeunt, solis ad usque obitum.*

88 Quæ omnia reperies etiam apud Baron. *dist. Anno 226. num. 11.* Quibus adde Onuphrium Panvinum in *tract. de ritu sepelien. mort.* citatum, ubi probat pluribus fundamentis in cœmeteriis fabricas materiales fuisse sacrorum mysteriorum visibus extractas. Et de eodem vide Martium Itala *d. cap. 4. §. 7. num. 16.* Roman. *d. cap. 4.* & latissime Bossium in *Roma subterranea*, pluribus in locis que invenies in verbo *Cœmeteria*, ubi omnia variis imaginibus depicta reperies.

Huiusmodi verò morem sepeliendi Christianos maxima sanctitatis præcipue pollentes in his cœmeteriis, originem fuisse à Romanis, nemini dubium videri debet, qui viros præstantes & maxime de Republica benemeritos in foro sepeliabant; teste Alex. ab Alex. *lib. 6. diurnum genial. cap. 14.* ibi: *Postea lege 12. Tabularum, ne intra urbem sepelire liceret, probe cautum fuit: itaque in agris quique suis sepulchra & loculos in quibus cineres suorum conderent, habere. Cineres tamen illorum qui triumphassent, aut Imperatorum, summorumque Ducum, qui Rempublicam auxissent, virginumque Vestalium in urbem ferri, & in foro condici licebat. Primumque Traianum Augustum sepulchrum in foro meruisse accepimus: quod & posteris deinceps datum est.* Et de huiusmodi consuetudine extat etiam eruditissimi Amatei *locus lib. 1. observat. cap. 6. numer. 10.* ubi observat quod sepulchra seu monumenta in subterraneis locis edificabantur.

62 In illis verò cœmeteriis Christiani primitivi Parentes nostri conveniebant frequenter orationis causa, ibique

Sacra faciebant, Verbum Dei audiebant, sacraque Communionem reficiebantur, & omnia alia Divina, quæ hodie in nostris Templis patet, & magna cum devotione faciebant, ibi libros sacros legebant, hymnos pro mortuis decantabant, ibi Episcopi Synodos congregabant, Sacramenta administrabant, & Verbum Dei predicabant, ut probat S. Clemens Papa in *Constit. lib. 6. cap. 29.* & pluribus auctoritatibus Onuphii Panvini de *ritu sepelien. mort.* *cap. 11. post princ. Lauren. Beyerlinch in Theatro vite humane, verbo Cœmeterium, pag. 289. lit. G.* Anton. Bossius in *tract. de Roma subterranea, lib. 1. cap. 1. vers. Li. semmi Pontifici:* tradit Barb. *dist. voto 103. num. 7.* Steph. Duran. de *ritibus Eccl. lib. 1. cap. 23. num. 3.* late Marius Itala de *Inmun. Eccl. d. lib. 1. cap. 4. §. 7. num. 16.*

Ex quibus cœmeterium pro Oratorio usurpatum apud Cassiod. *lib. 5. Hist. Trip. cap. 3.* omnia in honorem sanctorum Martyrum ibi quiescentium fiebant, ideo enim ibi Aras erigebantur, ibique sacrificabant, ut corpora venerarentur Sanctorum: de quo vide Thomam Bozzium de *66 signis Eccl. lib. 15. cap. 16. fig. 71. post med. ubi notat ideò poni Martyres sub Altari, iuxta quod Joannes Apost. in Apocalypsi testatur, dum scribit: Vidi sub Altare Dei animas interfectorum clamantium: Vindica sanguinem nostrum Deus noster, quam etiam rationem reulit Bellarm. *Controv. tom. 2. de Reliq. Sanctor. lib. 2. cap. 3. vers. octavo probatur:* Lott. de *re benef. lib. 1. quest. 30. nu. 19.* atque ideò si aliquid Altare reperiat, in quo non extet Corpus Martyris, vel saltem aliqua pars Reliquiarum ipsius, illud profusus demoliri mandavit Concil. Africanum relatum in *cap. Placuit, de Consec. dist. 1.* & auctoritate Bellarmini in *Controv. tom. 2. de Reliq. Sanctor. dist. lib. 2. cap. 3. vers. ex Africano, & Azor. Instit. moral. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 8.* tradit Lotter. *supra num. 8.**

Ex quo fiebat, quod quotiescunque Imperatores nomen Christianum delere procurabant edictis publicis, eos ad cœmeteriis arcebat: ut Beyerlinch *supra, & Barb. num. 12.* lato prosequuntur Calamo, Durantus *d. cap. 23. num. 3.* Eusebius *lib. 3. cap. 13. & lib. 7. cap. 11.* & *lib. 9. cap. 2.* Postmodum verò Gallienus Imperator, pacem Ecclesiæ reddens, liberam concessit Episcopis facultatem ad eundem cœmeteria, donec tandem pace & plenatranquillitate Ecclesiæ fruente, sacra cœmeteria a Fidelibus liberè frequentari ceperunt, & in maxima fuerunt habita, ut patet, veneratione; teste D. Hier. in *Execub. cap. 40.* Baron. *dist. Anno 226.* Barbol. *dist. voto 103. num. 16.*

Liquet ergo ex dictis, cœmeteria, quæ intra urbem constructa fuerunt, initium habuisse rebus Ecclesiæ pacatis, quando liberum fuit Episcopis de rebus Religionis publicè tractare, & pro arbitratu disponere; tunc enim distinguantur cœmeteria ab Ecclesiis, cap. 1. de *Consec. Eccl. cap. Si Civitas, de sent. excom.* Steph. Durantus de *rit. Eccl. cap. 23. num. 4.* Ludov. Correa *in re pe. text. in v. Inter alia, de immun. Eccl. par. 1. num. 11.* Spond. de *Cœmet. sac. lib. 1. par. 3. cap. 13. num. 6.* omnino videndus Barbol. *d. voto 103. num. 26.* Et ita credo post tempora Magni Constantini Imperatoris, qui mundatus à Leptra à S. Silvestro Papa, liberam facultatem construendi Ecclesiis concessit, Anno 312. ut expressè docet Marius Itala *dist. §. 7. num. 16.* qui *num. 18.* ex Hier. Roman. *par. 1. de las Republicas Christianas, lib. 4. cap. 4. vers. algunos han dicho:* 73 *fol. 219. col. 3.* notat à principio cœmeteria constructa fuisse extra populi habitationem; Ecclesiæ verò in locis inhabitatis: Postmodum verò introducendum fuisse, ut ipsi Ecclesiis cœmeteria conjungerentur, ubi notat cœmeteria prope Ecclesiis fabricata fuisse, ut ab eis distinguerentur, cum non defuerint detractores Christianæ pietatis, qui cœmeteria sufficere, & Ecclesiis superfluas esse impii blasphemarent, cum à principio Ecclesiæ intra urbem cœmeteria verò extra eam edificarentur, quæ postea prope Ecclesiis ponebantur, ut omnino distincta esse apparerent: ut notavit Roman. *disto tract. de las Republicas lib. 4. cap. 4.*

Hoc autem tempore studia fidelium in adendum cœmeteriis cessarunt, postquam ea quæ ibi sita erant Corpora San-

Sanctorum Martyrum, in diversis Ecclesiis honorificentius sepulta fuerunt, ex ratione adducta *supra num. 68.* Unde accidit ut sicut Majorum Consuetudine in istis Cœmeteriis, licet non in istis sepulchris aliorum sepeliebantur Christianorum corpora, sic translatis jam Sanctorum Reliquiis ad Ecclesiis intra urbem fabricatas, in istis dem aliorum corpora ceperunt sepeliri: ut auctor est Card. Baron. *d. Anno 226. num. ultimo.*

66 Antiquitas enim, hoc est statim ac Ecclesiæ publicè constructi ceperunt, nisi certa corpora intra Ecclesiæ sepeliri non poterant, de Jure Civili est text. in *l. nemo, la segunda, C. de sacros. Eccl. de Jure verò canonico extat expressè dispositio text. in c. nullus mortuus, 12. q. 1. c. precipiendum, 13. q. 2. de quibus aliqua diximus c. 5. ex n. 316. sup. Unde locus in quo sepeliebantur, Atrium erat, & hoc idem quod cœmeterium significabat, d. c. *Precipiendum, §. Prohibendum est, 13. q. 2.* Mar. Itala de *Inmun. Eccl. lib. 1. c. 4. §. 7. num. 2.* sed de hoc vide quæ *supra* diximus, & *d. c. 5. ex num. 316.**

78 Cujus prohibitionis varias reddunt rationes Doctores. Prima, Nam sicut Christiani per fidem conjuncti sunt Deo, ita ratio postulat quod eorum sepulchra in cœmeteriis que vult propinquiora Ecclesiis, & domibus Dei collocentur. Secunda, ut venientes ad Ecclesiæ, videntes cœmeteria pro Christianis ibi quiescentibus preces ad Deum effundant. Tertia, que ferè eadem est ac Secunda, ut sanctos Titulares ipsi Ecclesiæ, & ceteros quorum Reliquiis insignitur, Patronos habeant defuncti per preces viventium. Quarta, quia Diaboli non sicut caudent accedere & infestare cœmeteria sicut alia loca: quæ cœmeteria defuncto Mortuorum appellantur: que omnia summam reperiantur in

80 Jure Hispano *in l. 2. tit. 13. p. 1.* ubi Greg. Lopez; circa quod vide Card. Turrecrem. in *cap. precipiendum, 13. quest. 2.* Mortuorum enim cadavera à spiritibus immundis immiseri, & circumstantibus terrorem incutere, apud probatos Auctores constat. Quare Demones in sepulchris habitasse facta refert Pagina *Matth. 8.* atque adeò instituta fuerunt cœmeteria, ut per benedictiones illi terribili spiritus procul pellantur, ut infra dicemus, & tradit Petrus Gregorius *d. cap. 33. num. 16.* Abbas in *Rub. de sepult. Joani. Selva de benef. 1. p. q. 5. num. 53. vers. Quantum requisitum, ubi omnes has rationes latius expendit.*

83 Insuper etiam (& est Quinta ratio construendi cœmeteria) sepeliuntur cadavera in cœmeteriis, quia sepultura Ecclesiastica adinventæ sunt, ut animæ fiant participes suffragiorum que in Ecclesiis fiunt, cap. 3. ubi Glof. verbo *frequentius, de sepult. cap. cum gravia, 13. quest. 5.* Item & Sexta ratio; quia unitas sepulture conjunctionem denotat animorum, ac mutuum benevolentiam & affinitatem: c. 3. de *sepult. c. 2. & 3. 13. q. 2.* Anton. Riccius *de Jure personarum extragremium Ecclesiæ consuetudin. lib. 4. cap. 60. num. 15. & 16.* quare cum Ecclesiastica sepultura adinventæ sit ut animæ fiant participes suffragiorum que in Ecclesiis fiunt, d. c. 3. ubi Glof. verbo *frequentius, de sepult. c. cum gravia, 13. q. 2.* Riccius *lib. 4. tract. de Jure personarum extra Eccles. grem. existen. lib. 4. cap. 59. num. 15.* Suarez *tom. 5. disp. 12. sect. 4. num. 2.* in fine, ideò secundum S. Thomam *in 4. sen. dist. 45. qu. 2. ad 3.* sepultura in prodesse mortuo dicendum est, non ex opere operato, sed magis ut opere operantis, dum scilicet vel tumulans, vel tumulatus patrociniò alcius Sancti se commendavit, & ibi fervientes eundem Deo suis precibus commendat: cui adde August. in *lib. de cura pro mortuis agenda, ubi idem profequitur.*

87 Tanta erat Veterum religio, ut indignum putarent corpus cuiuslibet intra Ecclesiæ sepeliri; in quam sententiam extant Triburien. Nanceten. & Varen. Synodi decreta. Quibus adde Turrecrem. in *can. quibus, can. precipiendum, can. nullus, 13. q. 2.* Ad idem etiam videndum Conc. Alifiodorensis *can. 12. & 14.* Bracharense *1. can. 36.* Arelaten. *4. can. 27.* Mogunt. *1. can. 51.* & aliis pluribus relatis videndus quoque Cæsp. in *summa Ecclesiastica discipline, verbo sepultura, in princ. & Barb. in Collect. ad text. in l. nemo Apostolorum, Cod. de sacros. Eccl. lib. 2. & de Jure Eccl. univ. lib. 2. cap. 3. num. 27.* Suarez de *Religion. tom. 1. lib. 3. cap. 8. num. 8.* Cujus rationem reddens Guiliel. Duran. *tract. de modo celebrandi Conc. Genr. 3. part. tit. 11.* sic scribit:

Francisco de Eccl. Cathed.

*Sic firmissimum hoc privilegium usque nunc retinet Gallia Civitatis, ut nullo modo intra ambitum murorum Civitatis, cuiuslibet defuncti corpus sit humanum, quanto magis venerabilium Martyrum debet reverentia observari. Quæ verba desumpta fuerunt ex *dist. Conc. Brachar. 1. can. 36.* de qua consuetudine testantur S. Joan. Chrysof. & alii apud Steph. Duran. de *rit. Eccl. cap. 23. num. 5. & 6.* Circa quæ adest 89 insigne testimonium Pipini Caroli magni Patris, qui absolute D. Zenonis Templo in Civitate Verona duo veluti premia à Richerio ejusdem tunc temporis Civitatis Episcopo poposcit, unum videlicet, ut aliquam particulam Reliquiarum ipsius Sancti ei concederet: alterum, ut in eodem Templo sepeliri permitteret; hoc autem ultimum negavit Episcopus, cui abnegationi non repugnavit Clarissimus ac Potentissimus Rex, quamquam non alienum à pietate & iustitia petere videri potuisset, propter Adem. suis adificatam sumptibus: Igitur loculum elegit in proximo cœmeterio, ubi vetustissima usque hodie literarum monumenta testantur, quamvis non integra: de ejus fide videndus sepè citatus Lauren. Bel. in *dist. can. nullus mortuus, 2. p. num. fin.* Et de pluribus aliis Imperatoribus, 91 qui propter Ecclesiæ reverentiam, extra eam sepeliri sua corpora in cœmeterio mandarunt, videndus Steph. Duran. de *rit. Eccl. cap. 23. num. 6.* & alii apud Barbol. *disto voto 103. num. 30.**

Ex quibus maximus efferuntur laudibus Constantino 92 litani Reges & Imperatores, qui magni pendebant corpora eorum, non prope Apostolos, sed extra Ecclesiarum vestibula sepeliri, ut de Constantino Magno, qui dum pro foribus Piscatoris corpus suum sepultura mandari poposcit, quasi Janitor Piscatoris fieri voluit: ut referunt S. Joan. Chryf. *hom. 66. ad Populum Antiochenum tom. 4.* à quo sumptere *dist. cap. 23. num. 6.* Laur. Belis *d. 2. par. num. 38.* ingenti enim honore se affici putavit, si in Piscatoris vestibulo sepeliretur: ut notavit Antonius Riccius *loc. citat. Eccl. dist. lib. 1. cap. 22. num. 1.* quibus adde Barbol. de *offic. & potest. Paroc. cap. 26. num. 6. & seq. & de univ. Jur. Eccl. lib. 2. cap. 10. num. 6. & seq.* Et de ipsis, & aliis Imperatoribus. Anton. Bossius in *Roma subterranea lib. 7. cap. 7.* Henric. Spondan. de *Cœmet. Sac. lib. 1. par. 3. cap. 14. num. 5.* Barbol. *d. voto 103. num. 29.* & in *Collect. ad text. in l. Nemo Apostolorum num. 2. Cod. de sacros. Eccl. Que reperi-* 94 *tit pro more de Jure Eccl. univ. lib. 2. cap. 16. nu. 6.* Ex quibus male judicantur Greg. Lopez *in l. 1. tit. 1. par. 1.* & Villalob. in *summa, 1. p. tract. 31. num. 4. diff. 1.* Antiquius Reges & Reginas in Ecclesiis sepeliri potuisse: per text. in *l. 1. tit. 1. par. 1.* Quem ego intelligo non de tempore prohibitionis antiquæ, sed de progressu temporis, quando ceperunt fideles in Ecclesiis sepeliri: ab eo enim tempore, ideò post Constantini Magni mortem Imperatores & Christiani Constantinopolitani sepeliebantur in Ecclesiis, ut ex Sozomeno *lib. 2. historia, c. ultim. ad finem,* observat Riccius *d. cap. 22. num. 2.*

Indignum enim & indecorum valde putabant, quod in 95 eo loco ubi divina celebrantur officia, Deusque assidue colitur, humanentur cadavera: ita Cenedo *d. Collect. 46. ad Decret. n. 1. in princ.* Cujus prohibitionis ratio desumitur ex *Apoc. 11.* ubi sic habetur: *Datus est mihi caliculus virgæ, & dictum est mihi: Surge & metire Templum Dei, & Altare, & adorantes in eo. Atrium vero quod est foris Templum eice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus: idem enim creditur datum esse Gentibus Atrium, ut 96 ibi, non autem in Templo sepulchra fierent, ut facer Valfensis Conventus expressè constituit in *c. precipiendum, §. prohibendum, 13. q. 2.* ad idem Laur. Bel. in *d. can. nullus mortuus, 2. p. n. 22.* Hinc etiam quod sicut Centurio *Matth. 8.* plenus fide & reverentia erga Christum Dominum respondit: *Dominus non sum dignus intrare sub tellum meum.* Sic Christiani, cum in cœmeterio sepeliebantur, quasi dicebant; *non sumus digni intrare domum Dei, quæ est Ecclesiæ, sepeliri:* sicuti probavimus in *cap. 15. de nominibus Ecclesiæ Cathedrales:* ideoque hic in cœmeterio sepeliumur quod 97 est domus nostra, *dist. l. 4. ff. de sepult. violat.* videndus Laur. Belis *ubi supra d. 2. par. num. 23.* cujus reverentia rationem reddidit Hieronymus Quirinus nobilis Venetus, qui*